



**DN. DVRANDI|| à Sancto Portiano, in Senten=||tias
Theologicas Petri Lombardi|| Commentariorum libri||
quatuor.||**

Durandus <de Sancto Porciano>

Antverpiæ, 1567

Quæstio secunda. Vtrum sanctificata fuerit ante nativitatem in vtero.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72607](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-72607)

Lib. III. Distinctio. III.

corpo Virginis fuit immune a tali corruptione, secundum illud Psalmista, Non dabitis sanctum tuum videre corruptionem, sic corpus Virginis, de quo fuit sumptum corpus Christi, fuit immune ab eadem corruptione.

QVÆSTIO SECUNDA.

Vtrum Maria fuerit sanctificata ante nativitatem ex vtero.

Tho. 3. q. 27. ar. 1.

CIRCA tempus sanctificationis beate Virginis queritur. Vtrum sanctificata fuerit ante nativitatem ex vtero. Et videtur quod non, quia secundum Apostolum, Cor. 15, non prius quod spiritualiter, sed quod animalis, sed nativitas ex vtero est nativitas animalis, illa autem quæ est per gratiam sanctificata est spiritualis, ergo nativitas ex vtero semper praecedit nativitatem quæ est per gloriam sanctificante.

2 Item Hieronymus dicit non mihi credas si tibi aliquid dixerim quod ex veteri vel novo testamento haberi non possit, sed de sanctificatione beatae Virginis ante nativitatem nihil habetur in veteri vel novo testamento, ergo illa non est ponenda.

3 IN Contrarium est quod dicit Bernardus in epistola ad Lugg. neque vero nascens fuit laudibus honoraretur si non sancta nasceretur, sed fuit fuit de nativitate beatae Virginis, ergo ipsa fuit sancta nata.

4 RESPONSO. Quo tempore beata Virgo fuit sanctificata, est una certum, & duo dubia. Certum est quod sanctificata fuit ante nativitatem ex vtero, quia Icer de hoc non loquatur expressè scriptura aliqua canonica, tamen sicut auctor Augustinus de assumptione eius in corpore & anima de qua similiter scriptura non loquitur, ita & nos rationabiliter possumus arguere quod sanctificata fuit ante nativitatem ex vtero & hoc sic, rationabile est enim quod illud privilegium gratiae quod legitur quibusdam fuisse concessum non fuerit beatae Virginis negatum quæ genuit virginem a Patre plenum gratiae & veritatis, sed sanctificatio ante nativitatem ex vtero legitur fuisse concessa qui busdam sanctam. Hieronimus sicut dicit est ei Hier. i. an tequam exires de vulva sanctificauit te. & Ioannes Baptista de quo dicit angelus Luc. i. Spiritus sanctus replebitur adhuc ex vtero matris sue, ergo rationabiliter tenetur quod beata Virgo fuit sanctificata antequæ ex vtero nascere tur, & hoc tenent omnes communiter.

5 Duo autem dubia sunt de tempore sanctificationis in speciali. Primum est an sanctificata fuit in primo instanti suæ conceptionis. Secundum est an sanctificata fuit statim post primum instantem suæ conceptionis. Quantum ad primum di cunt quidam quod licet beata Virgo fuit concepta in peccato originali, tamen in eodem instanti quo fuit concepta etiam fuit sanctificata. Quia, vt dicitur, gratia & culpa possunt esse in eodem instanti in quodam trahit & maximè secundum esse incompletæ, & secundum aliud & aliud signum. Distinguunt enim autores huius positionis instantis infusionis animæ in tria signa. In quorum primo fuit ibi culpa quæ incurrit ex vno nre ad corpus, in secundo fuit gratia quasi in quodam transitu cum culpa, in tertio fuit ibi gratia secundum esse habitualiter, & expulsa est culpa. Quod autem simul esse possint & sint quodammodo gratia & culpa probat sic, expellens & expulsa sunt simul, gratia autem expellit culpam, ergo si in eodem instanti sunt gratia & culpa. Et sic dicit fuisse in beata Virgine in instanti infusionis animæ.

6 Hæc autem opinio deficit & in principali positione, & in modo probandit. In principali quidem positione quia nihil est impossibilius & ponere contradictionis simul, nam cum Deus possit omne possibile, non tamen potest face re contradictionia. Sed qui ponit quod in eodem instanti sint in anima culpa & gratia ponit contradictionis esse simul, ergo nihil est hac positione impossibilius. Minor patet, quia habitus & priuatio circa subiectum aptum natu habet vim contradictionis. Quod enim est affirmatio & negatio respectu omnium, hoc est habitus & priuatio circa determinatam subiectum, sed gratia & culpa si habent circa animam sicut habitus & priuatio vel saltæ concomitantia pro statu naturæ lapsæ, ergo ponere gratiam & culpam originalem, seu actualē moralē esse in eodem instanti in anima est posse in eodem instanti contradictionis, ergo positio hæc in se est impossibilis.

Quæstio II.

218

7 Modus etiam quo declaratur multa inconvenientia includit, & enim dicitur primo quod instantia dividitur in tria signa. Primum medium & ultimum fruolum est, quia aut ista diuisio est in diuersa secundum rem, aut secundi ratione tantum, si in diuersa secundum rem sequitur quod indivisibile secundum rem est diuisibile in pluram secundum rem, quod iterum implicat manifestam contradictionem. Oes enim nois instantis intelligit diuisibile secundum rem. Si autem illa signa sint plura secundum rationem solum, non aut secundum rem, tunc sequitur quod opposita, scilicet gratia & culpa sint in anima simul secundum rem, quod etiam implicat contradictionem. Itē quando aliqua sunt unum & id est secundum rem quid est in uno realiter est in oibus, & quod non est in uno, non est in aliquo, si ergo ista signa sunt unum secundum rem quicquid est in uno signo est in oibus & quod non est in uno non est in aliquo, sed secundum istos gratia secundum esse habituale & permanens est in anima in ultimo signo, & tunc non est ibi culpa, sed est inde expulsa, ergo fuit gratia secundum esse habituale in oibus signis & culpa in nullo, quod etiam contradicit positioni eorum, quia dicunt quod in primo signo est ibi culpa, & etiam in secundo est gratia in quadam transitu, sed in tertio est expulsa. Item si ista positione posset salvare propter distinctionem instantis in diuersa signa, sequeretur quod non esset possibile dare aliquam contradictionem, quia affirmativa poneretur pro uno signo, & negativa pro alio, & sic qualibet affirmatio & negatio de eodem pro eodem instanti posset verificari propter aliud & aliud signum, quod est inconveniens manifestum. Quod etiam dicitur quod opposita possunt esse simul in quodam transitu, fruolum est, quia quod aliqua non possint esse simul non facit longitudinem temporis, sed oppositio, & ideo quae possunt esse simul per unum instantem, possunt esse simul quantum est de se per tempus quantumcum magnum. Quod etiam dicitur quod expellens & expulsum sunt simul, verum est de expellente effectu, & non de expellente formaliter, quia prædictio expellentes formaliter est absencia expulsi & conuerso, gratia autem expellit culpam formaliter, & non effectu, & ideo non possunt esse simul. Patet ergo quod impossibile est quod in eodem instanti in homine sint culpa & gratia, & per consequens beata Virgo in primo instanti, in quo concepta fuit sanctificari non potuit, supposito quod fuerit in originali concepta.

8 Restat ergo inquirere de secundo dubio, scilicet utrum im mediare post instantem primum, in quo concepsa fuit, potuerit sanctificari, ita & per solum unum instantem fuit in culpa, & deinceps semper in gratia, & hic similiter est duplex modus dicendi. Unus est, quod B. virgo potuit per solum instantem esse sub originali peccato, & toto sequenti tempore esse sub gratia. Quod probatur sic, quod est possibile fieri virtute nature est possibilis fieri virtute diuina, sed virtute nature potest fieri, quod aliquid sit per solum instantem in una actuali dispositione, sicut si faba morte sursum in ultimo instanti sui motus occurreret lapis molaris, tunc enim in termino sui motus esset per solum instantem, nam si esset ibi per tempus quieteret, & faceret lapidem molarē quiescere, quod est improbabile, ergo fortiori ratione potest fieri virtute diuina, & anima beatae Virginis fuit per solum instantem in una actuali dispositione (scilicet in originali culpa) & toto tempore sequenti sub gratia.

9 Item quod non solum hoc potuerit fieri, sed & factum sit probatur sic, quia beata Virgo debuit sanctificari quod citius potuit fieri, debuit enim facere in hoc filius pro matre quicquid est possibile, sed non fuisse sanctificata quod citius potuit sanctificari, si fuit in originali culpa per solam plus quam instantem, ergo ipsa non fuit in originali culpa, nisi per instantem. Probatio minoris, quia si fuit sub originali culpa plus quam per instantem, ergo per tempus, sed quacunque parte temporis sequentis fuit sanctificata, certe potuit prius sanctificari, quia cum qualibet pars temporis sit diuisibilis in infinitum ante quamlibet partem temporis est dare aliquam eius partem, & sic semper, ergo beata Virgo non fuit sanctificata quod citius potuit sanctificari, quod est quia est inconveniens, relinquitur quod non fuit in originali culpa, nisi per solum instantem.

10 Alius modus est huic contrarius, scilicet quod impossibile est beatam Virginem fuisse per solum instantem in origi-

EE 2 nali

Magistri Durandi de

nali peccato, & istud probatur tripliciter. Primo sic. Infusio gratiae in anima fit subito, & in instanti, ergo illud instantis vel est idem cum illo in que est culpa, an aliud. Non est idem, quia in eodem instanti non est simul gratia & culpa, ut patet ex alio articulo. Si autem queritur utrum sit immediatum illi instanti, in quo fuit culpa, an medium, non immediatum quia instantis non potest immediate succedere instanti, si medium, quod medium duorum instantium sit tempus, sequitur quod culpa fuit in anima per instantem, & tempus medium usque ad instantem infusionis gratiae, manifestum enim culpa in anima quo usque infusa est gratia. Et si dicatur quod quamvis instantis temporis continuo non possit immediatè succedere instanti eiusdem temporis, instantia tamen discreti temporis possunt immediatè succedere sibi, talia autem sunt instanti mensurantur esse culpa, & infusionem gratiae. Non valet (ut dicunt) quia nunc temporis discreti quantum sit indivisibilis, & possit esse instantis ratione quod potest esse instantis, potest existere temporis nostro, ratione vero quia in divisibili coexistit instantis temporis nostri, nec est nunc in tempore nostro, cui non coexistat tale nunc quādū habet esse. Ex quo sequitur quod quicquid dicitur de instanti temporis discreti, idem oportet dicere secundum coexistentiam de instanti temporis nostri instanti, ergo infusionis gratiae primo coexistit instantis temporis nostri, & instanti mensuranti durationem culpa, similiter coexistit instantis temporis nostri. Si ergo instanti mensuranti durationem culpa immediatè succedit instantis mensurans infusionem gratiae, quamvis haec sint instantia temporis discreti, neccesse est quod per quandam coexistentiam in tempore nostro sit dare instantis immediatè succedens alii instanti, quod est impossibile, ut dictum est.

ii. Secundo si culpa potest esse per solum instantis in anima, pari ratione & gratiae, & loquimur nunc de instanti quod non conuenit plures suunere, & cui in tempore nostro non potest respondere nisi instantis, sed hoc posito clarè sequitur instantis temporis continua succedere alii instanti, quod est inconveniens, ergo &c.

iii. Tertio, quia omnis variatio subiecti est motus vel mutatio, sed variatio animae de culpa ad gratiam est variatio subiecti, ergo est motus vel mutatio, sed non potest esse mutatio, si anima fuit in culpa solum per instantem, quia cum mutatio sit in instanti, sequeretur ut prius, quod instantis instanti est immediata, nec potest esse motus, quia omnis motus est divisibilis vel secundum latitudinem foris ad quam est, vel secundum aliquam medianam inter terminos. Primum non potest dari in proposito, cum anima sit indivisibilis secundum partes quantitatibus, nec secundum, quia possibile est quod tota gratia infundatur in instanti primo, sic quod nihil post illud infundetur, nec tertius, quia culpa & gratia habent se immediata circa subiectum aptum natum: ergo nullo modo potest esse recessus a culpa in gratiam, si culpa fuerit per solum instantem. Et respondent isti ad rationes alterius opinionis.

13. Ad primam de faba quae obuiat lapidi molari, dicentes quod non est simile, quia recessus ab vbi quod ultimo acquisiuit faba per proprium motum est per nouum motum quem habet faba motu molaris, & ille motus mensuratur tempore. Non autem est inconveniens quod instanti succedit tempus, & ideo non est inconveniens quod faba sit in illo ubi, solum per instantem, & in toto tempore sequente mensurantem aliud motum sit alibi. Sed infusio gratiae mensuratur instanti vel temporis nostri, vel cui coexistit instantis temporis nostri, & quia instantis non potest esse instanti immediatum, ideo impossibile est quod culpa fuerit in anima per solum instantem. Et vniuersaliter (ut dicitur) causa, quare aliquid subiecti potest esse per solum instantem in una dispositione, siue secundum locum, siue secundum formam est, quia recessus ab illa dispositione est per motum, & quia a culpa in gratiam non est recessus per motum, sicut ab illo ubi quod acquisiuit faba in instanti, ideo non est simile quod pro simili inducatur.

14. His tamen non obstantibus prior opinio videtur verior, scilicet quod Deus potuit facere quod beata Virgo per solum instantem est in originali culpa, & toto tempore sequenti in gratia. Quod patet, Deus potest facere quod aliquid sit per solum instantem in gratia, & toto sequenti tempo

Sancto Porciano

re sit abs gratiae, ergo similiter potest facere quod aliquis per solum instantem sit in culpa & toto sequenti tempore sit in gratia. Probatio antecedens & consequens. Antecedens probatur sic, agens quod agit per voluntatem, & non actione successiva potest per unum solum instantem agere, & toto tempore sequenti ab actione cessare, & hoc patet de se, quia ex quo actio non est successiva, potest esse in instanti, & ex quo procedit ab agente liberè potest tale agens cum voluerit ab actione cessare, sed Deus influens gratiam agit per voluntatem, & liberè, nec oportet quod influentia gratiae sit successiva, ergo Deus potest per solum instantem gratiam influere & conferuare, & toto tempore sequenti celare ab influxu, ut gratia non sit, & sic patet antecedens. Con sequentia probatur, quia sicut recessus a culpa in gratiam non est per motum, sed per simplicem gratiae infusionem, sic processus a gratia in non gratiam, modo quo dictum est non est per motum, sed per simplicem gratiae infusionem vel influentis desirionem, & ideo nihil obstat vi, quod non obstat alteri. Non obstante rationes alterius opinionis, prima non, quia sicut ibidem responderetur instantia temporis discreta possunt sibi inuenientur esse culpa, & infusionem gratiae, & mensuratur esse culpa, & infusionem gratiae: cum arguitur ultra quod quicquid dicitur de instantibus temporis discreti, oportet similiter intelligere per quandam coexistentiam de instantibus temporis nostri, dicendum quod non est necessarium, quia non est tempus continuum, nihilominus posset esse tempus discretus, & instantia temporis discreti immediatae sibi succidentia: supposito autem quod sit tempus continuum coexistentis temporis discretus, nunquid oportet cuilibet nunc temporis discreti correspondere nunc ali quod actuale, in tempore nostro, ut illi dicunt, certe non videtur, quia nunc temporis discreti non facit, quod nunc tempus continuum sibi correspondens habeat aliquam actualitatem, quia non habet ex se, & ideo tali nunc coexistit, quale inuenit, in tempore autem secundum se non est aliquod nunc actu, cum totum tempus sit continuum, sed solum in potentia, quae si reduceretur ad actu, non est aliquod dividibile possumus, sed solum principiatio viterioris continuationis, ut dictum fuit, 2. lib. Et ideo non oportet, si in tempore discretu vnum nunc actuale succedit alteri immediatae quod propter hoc in tempore continuo vnum nunc actuale alteri nunc succedit. Et quod non oportet dare nunc actuale in tempore nostro quod coexistit nunc temporis discreti, probatur deducendo eos ad simile inconveniens, ad quos reducere volunt. s. quod instantis instanti sit immediatum, quia dato quod instantis mensurans esse culpa possit coexistere tempori nostro, si ut culpa, si per tempus nostrum secundum coexistentiam se, quod non nunquam poterit deleri per gratiam, nisi instantis instanti sit immediatum, quia, ut iuri dicunt, instantis temporis discreti dum est, necessario coexistit cuilibet instanti temporis nostri, & conuerso, quodlibet instantis temporis nostri dum est, coexistit instanti temporis discreti, ergo qua ratione instantis temporis nostri coexistit instanti mensuranti esse culpa, dum primo est, sic aliquod aliud instantis necessario coexistit ei dum ultimum est: si ergo instanti mensuranti infusionem gratiae existit in tempore nostro aliquod aliud instantem, sequitur quod instantis temporis nostri est ali instanti immediata: sicut instantis temporis discreti est immediatum alteri, & ita non poterit culpa per gratiam deleri, quod est inconveniens.

15. Et si dicatur quod non est dare ultimum instantis temporis coexistentis durationi culpa, quamvis sit dare primi instantis temporis coexistentis durationi gratiae, instantis enim semper est posterioris passionis, ut dicitur 2. Phys. Et sic instantis non est instanti immediatum, sed tempori. Non valet, quia omne finitum qua ratione habet aliquod indivisibile principium sui, eadem ratione habet aliquod indivisibile pro termino, sed tempus mensurans vel coexistentis durationi culpa & durationi gratiae est finitus, ergo qua ratione habet instantis in quo primo est gratia vel culpa, eadem ratione habet instantis, in quo ultimum est culpa vel gratia: & idem intelligi de oibis formis, vel de formis & priuationibus, que succedit sibi in eadem materia vel subiecto. Quod autem dicatur quod instantis semper est posterioris passionis, ita quod est dare instantis quo forma qua acquiritur primo est, sed non est dare instantis, in quo forma vel priuatio que

Lib. III. Distinctio. III.

abicitur ultimū sit, sine ratione dictū fuit ad vitandum il
Iudicō enīens, ne infans esset instanti immediatū. Hoc
autē nō oportet dicere, quia existentia formae subtilitatis
in materia est per tempus, vel potius per nunc coexistens
tempore; & ideo sicut tempus est temporis immediatū, sic for
ma quae acquiritur immediatē succedit formae quae abicitur,
nec est dare in tempore nostro aliquod instantis in actu
quo primō sit forma, qui acquiritur, sicut non est dare in
instantis in actu quo ultimū sit forma que abicitur, quia in
existentia forma in materia nō est dare primū & ultimū,
sive prius & posterius, quā sit tota simul quādū est: & ex
istentia magis sit per solū instantes temporis discreti, quod est
eius propria duratio, q̄ sit per rēpus continuū, cui solū co
existit accidentaliter, si ergo in existentia formae secundū
se nō sit dare primū nunc & ultimū, quā sit tota simul, &
secundum se indivisiibilis, sequitur q̄ nec in tempore sibi co
existente, in tempore enim secundum se nō est dare ali
quod instantis in actu, nec ratione formae existentis tempo
ri, quia illa nihil variat in tempore: quare nullo modo
sequitur q̄ sit dare aliquod instantis in actu quo forma primō
fiat in materia, sicut nō est dare aliquod instantis in actu quo
forma que abicitur ultimā sit in materia: & hoc sufficiat
ad prēsentem, quia de hac materia forsitan alias plus dicetur.

16 Ad secundā rationē dicendum q̄ aliquid aliud sunt
quandoq; possibilia diutinū: vnum scit aliud, quorū ra
men neutrū est possibile posito alio, seu coniunctū, sicut
æquū possibile est aliquē moueri, sicut quiesceri, posito ta
men q̄ quiescat, non est possibile q̄ simul moueat, nec
econuerio: similiter dico quod equaliter potest esse gratia
per solū instantis, sicut culpa, & econuerio culpa sicut gra
tia, sed posito q̄ culpa fuerit per solū instantis, quod non
conuenit plures sumere non est possibile quod gratia se
quens sit solū per similes instantes, sed oportet quod sit per
instantis, quod possit tempore coexistere, sicut in tempore
nostrō non potest post nunc actu significatum aliud nūc
actu significari, sed solū tempus.

17 Ad tertiā rationē dicendum quod recessus à culpa in
gratiā potest esse per motum si Deus vult, propter diutinū
ratē gratia, quae cōrīnet multos gradus, sicut & quilibet
alii forma, quae suscipit magis & minus, & tunc evacuata
est omnis instantia. Et dato quod sit per mutationē, non
sequitur quod instantis temporis nostri sit alteri immediatū,
quia talis mutatio nō est terminus motus, ut sic mē
suretur nunc temporis nostri, sed est mutatio qua est actio
permanens mensurata per nunc temporis discreti, cui nō
necessario correspōdet actuale nunc in tempore nostro,
sed aliqua pars temporis: & ideo non sequitur q̄ vnum
munc temporis nostri sit alteri nūc immediatū. Per idem
apparet quod dictū eorum nō est vniuersaliter verum, sci
līcet q̄ causa quare aliquid potest esse per solū instantis in
vna dispositione est, quia recessus ab illa dispositione est
per motū, hoc enim non oportet, sed sufficit quod sit vel
per motū, vel per actionē qua coexistat tempori, sicut
motus per tempus mensuratur. Cum igitur nihil sit sub
trahendū potentię diuīnū nū illud quod claret contradi
ctionē implicat, ponere autē q̄ beata Virgo fuerit per
solū instantis in originali peccato, & deinceps semper in
gratiā nō implicit claret contradictionē, inīo habet ma
gnam probabilitatē, tenendum est q̄ Deus facere potuisse
quod ipsa fuerit in originali peccato per solū instantis.
Vt autē hoc fecerit ipse nouit, quia de his que mērē des
pendent ab eius voluntate nō possumus habere plenam
certitudinem, nī i p̄ se reuelauerit.

18 Ad rationes principales respondendum est: ad primā
q̄ in beata Virgine prius fuit quod est animalē, & post
quod spirituale, quia prius fuit secundum carnem conce
pta in originali culpa, deinde per sp̄it. san. sanctificata ta
men ante nativitatem ex vtero.

19 Ad secundā dicendum q̄ quanuis sanctificatio beatæ
Virginis in vtero nō legatur expresse in nouo vel veteri
testamento, haberi tamen potest ex his que ibi leguntur:
si enim Hieremias propheta, & Ioān. baptista, qui Chri
stum prānuntiaverant, leguntur in vtero sanctificati, for
tiori ratione beata Virgo que genuit Christum.

QVÆSTIO TERTIA.

Vtrum beata Virgo per primā sanctificationem
fuerit liberata à somite.

Quæstio III.

Thom. 3. q. 27. ar. 3.

219

S E cundo queritur de effectu sanctificationis, & primo
respectu somitis, vtrum beata Virgo per primā sanctifi
cationem fuerit liberata à somite. Et videtur quod nō,
quia sicut p̄sona originalis peccati est fomes, ita & mors,
sed per primā sanctificationē, inō per nullam fuit beata
Virgo liberata à morte, ergo nec à somite.

2 Item Damasc. dicit lib. 3. quod in beata Virgine fu
peruenit spiritus sanctus ante conceptionem filii Dei pur
gans eam, sed illa purgatio non potuit esse ab originali
culpa, quia ab illa in vtero purgata fuerat, nec ab actuali,
quia illam nunquam commisit, & sic relinquitur quod fue
rit à somite, ergo per primā sanctificationem non fuit
liberata à somite, sed solum per secundam.

3 IN CONTRARIUM est q̄ beata Virgini ali
quid conferendum fuit vltra communē legem, sed sanctifi
cationē q̄ sit secundum legem cōmūnem, auferit origina
lem culpā somite remanente, ergo vltra hoc sanctificatio
beata Virginis somitem ab ea renouit.

4 R E S P O N S I O. Quæstio ista vna supponit, &
aliud querit, supponit duplēm sanctificationē fuisse in
beata Virgine, quia primū nō dicitur nisi in comparatio
ne ad secundū, & querit de effectu primæ sanctificatio
nis respectu ablationis somitis.

5 Quantum ad primū sciendum est quod duplex fuit
sanctificatio beatae Virginis: prima in vtero, quam cōincidit
ratio, vt dictum fuit in p̄ced. quæst. Secunda fuit in
cōceptione filii dei, quam exprimit scriptura Lue. 1. quan
do dixit Angelus ad eam, spiritus sanctus superueniet in te, &c. Quantum ad secundum quod principaliiter querit
ur, videnda fuit tria. Primū est quid sit fomes, & an pos
sit ligari, vel totaliter auferri. Secundum est, vtrum pos
sit ligari vel auferri per solam gratiam, gratum faciētem,
an vterius requiratur aliqua gratia gravis data. Tertium
est, vtrum per aliquam sanctificationē fuerit in beata Vir
gine fomes ligatus, vel totaliter ablatus.

6 Quantum ad primum sciendum est quod fomes nihil
aliud est, q̄ inclinatio habitualis appetitus sensitiū in ali
quod delectabile secundum sensum, præter imperium ra
tionis, que quidē inclinatio est in homine in pūris natu
ralibus constitutū, & est talis inclinatio maior vel minor
in homine, secundū aliam & alia dispositionē corporis,
& causat in nobis prōnitatē ad malum, & difficultatē ad
bonū, nec talis inclinatio dicit necessario aliquā ē super
appetitū sensitiū, licet actus eius, qui est actualiter inclin
ari pr̄ter imperium rationis possit esse aliquid additum:
talis autem fomes est in nobis, secundum se quidē defe
ctus nature, actus autem eius semper est peccatum saltem
veniale. Talis etiā inclinatio habitualis potest ligari, ne
exeat in actu: multis enim modis potest aliqua potentia
impediti, ne totaliter exeat in actu, vel totali modo, & se
cundū hoc i. B. Virgine potuit remanere appetitus sensiti
us, & habitualis inclinatio in delectabile secundum sen
sum pr̄ter imperium rationis, & tamen impediti ne vñquā
tali modo exiret in actu: quod impedimentū potuit esse,
vel aliquis habitus fornicatoris ipsam perficiēs, vel diuina
prudentia ei assistens, quæ impediēbat ne aliquid occur
re, quod talē motu exiret. Qualiter autē fomes pos
sit totaliter auferri non video, quia naturalis inclinatio
rei accepta secundum potentia, vel aptitudinem nō potest
auferri ex manente, quia actualis inclinatio fēce impedi
atur, sicut ab accidente, nō potest tolli, quin sit aptum
naturā esse in subiecto, licet in virtute diuina in sacra
to altaris fiat q̄ nō sit actu in subiecto, similiter ab huma
nitate non potest tolli, quin possit per se esse, quanvis in
Christo non per se subiicit, nec a gravi potest tolli, quin
aptum naturā sit deorsum moueri, licet motus eius quan
doq; impeditur. Et causa est, quia talis aptitudine non est
aliud à natura rei. Cum igitur fomes sit habitualis incli
natio appetitus sensitiū, & se habeat ad appetitum sensiti
ū, sicut naturalis inclinatio accepta secundū potentia,
vel secundū aptitudinē, non viderur quod possit auferri
ab appetitu sensitiū natura eius remanente.

7 Et si dicitur q̄ habitualis inclinatio appetitus sensiti
ū in delectabile secundū sensū absolute accepta nō potest
auferri ab appetitu sensitiū, vt bene probat ratio illa, rā
EE 3 men